Numerorum ratio.	Argumenta signorum gemmae cuiusque edita.	Lapillorum naturae ac vocabula.	Possessores hoc tempore gemmarum.	Ingeniorum monumenta ac libri, in quibus enarratio cuiusque argumenti amplius declarata habetur.
172	BACCHI hedera coronati et SILENI, *vt quidem edunt,* capita vultibus rectis. *Nobis quidem certe semper, cuius argumenti item Sardam huic gemellam opere doctissimo insculptam seruabamus, is Hercules visus est cum Deianira, aut, si mavelis, cum Omphale.*			
173	BACCHI, eiusque Indici fortasse, *vt edere instituunt, caput pulcrum ac singulare: barbatus est enim, cornibusque veluti, quae intellegere se putabant, insignis. Sed cultus capilli singularis, et reliqua, conuenire ei non videntur, et corona certe querna, non hederacea, glandibus foeta, facit, vt vna glans eminens in summo capite cornu esse paruum videretur.*	Sardonyx	Rex Gall.	Mariette T. 2, n. 21.
174	SILENI coronati pampinis et recalui Imago, vultu recto, *quem prospicientem dicas et aduersum, reliquos, vt modo superiorem, dextros, vel inde sinistros auersorum. suspicientium, aut despicientium, et obliquorum, quae Plinio* catagrapha, *alia est ratio.*			
175	Alia illius, a sinistris auerso vultu.	Sarda	D. Wermuth.	